

Viro Praenob. Amplissimo. Doctissimoque  
CHRISTIANO ERVSIO  
S. P. D.  
Christinus

Ego vero lubens ac laetus accepi TE bene  
reducem factum emeruisse illius rei e difficul-  
tate, quo TE descendisse aegre ferebam: cui  
rei non est cur de vita et de ingenio nostro tri-  
buamus, nisi si patria sit: factum autem  
esse istud eorum opera, qui mihi merito magni  
fiunt ob virtutem, qui que me vicissim, vt puto,  
amant: deinde tenuisse TE saluum ac sospitem  
sedemque fortunarum commodam habiturum  
hunc altricis ingeniorum Saxoniae umbilicum,  
Vitebergam. Quae omnia contigisse doceri  
litteris TVIS, sperare futura non item potui.  
Hoc vt integrum sit et perpetuum sit ex animo  
cupio TIBI fratribus que Germanis, quibus pluri-  
mam salutem meis verbis nunciabis. At interea

Subinde TVA causa expostulabam cum amicis, qui ali-  
 quid videbantur posse in illa ciuitate, unde redis: TVI  
 vt curam haberent amplius. neu paterentur languere  
 aut subtrahi TE illis. Nam, si nihil habund, quum sit  
 maxime opus in re tali, neque habere in praesens videri  
 vllum, neque habituros facile per hominum aetatem,  
 qui sic Latine. Fouenda ea, quae sint: aliqua cum eis  
 ferenda. Reliqua coram. Gratum est enim, quod  
 scribis TE mox Lipsiam futurum. Accessi iussimus  
 adolescentem, qui creditam abs TE epistolam habebat,  
 aliter moras trahere. Sed ante litteras, quas ad  
 Men., reddidisse aiebat. Videbo, quid sit, ubi ille  
 ad me commentariorum TVSAVM scripta, quod tamen  
 non puto futurum, miserit. Vale. Lipsiae  
 d. XXII. Iun. a C. N. CLXCCCLII